FLORA.

№ 24.

Regensburg. Ausgegeben den 30. September **1868.**

Inhalt. Dr. J. Müller: Fünf neue Flechten. — W. Nylander: Circa Cephalodia simul epigena et hypogena. — C. van Gorkom: Bericht über den Stand der Chinakultur im II. Quartal 1868. — Gelehrte Gesellschaften. — Personalnachrichten. — Botanische Notizen. — Botanische Neuigkeiten im Buchhandel.

Fünf neue Flechten von Dr. J. Müller.

1. *Lecanora* (sect. *Aspicilia) cacuminum*, thallus tartareo-farinosus tenuis continuus mox usque marginem subeffiguratum et deplanatum versus tenuiter rimoso-areolatus candidus hinc inde protothallo transeunte coerulescens, protothallus coerulescenti-nigricans, apothecia immersa juniora caesio-pruinosa evoluta anguloso-urceolata parva creberrima caesio-nigricantia vix e thalli areolis emergentia, margo proprius cum thallode plumbeo confluens, lamina cum hypothecio hyalina apice atro-fusca circiter 70 mikr. alta, asci obovati v. ellipsoidei ampli 6—8-spori, sporae subglobosae circ. 15—19 mikr. latae in ascis irregulariter biseriales. — In summo cacumine montis Dent du Midi, altit. 10100 ped. s. m. cum Placodio disperso-areolato et Tichothecio gemmifero leg. clar. Cas. de Candolle. — A proxima *L. calcarea* differt tenuitate et quadam coerulescentia thalli, colore hypothalli, areolis fertilibus fere undique coerulescenti-plumbeis, feracitate et praesertim forma haud clavata ascorum, unde sporae haud uniseriales.

2. *Caloplaca fallaciosa*, thallus (an hujus speciei?) effusus tenuis minute granulosus flavo-vitellinus mox evanescens, apothecia primum urceolata margine integra evoluta patellaria aurantiaco-

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr05960-0371-3

ferruginea margine prominente (gonidiophoro) concolore v. pallidiore mediocri integro cincta, discus planus, hypothecium hyalinum (strato gonimico insertum) latiusculum, lamina circ. 85 mikr. alta hyalina superne luteo-fuscescens, asci clavati circ. 70 mikr. longi superne modice pachydermei cum paraphysibus solutione aquosa jodina coerulescentes 8-spori, sporae 15—25 mikr. longae oblongato-ellipsoideae utrinque vulgo rotundato-obtusae rectae v. leviter incurvae spurie biloculares sc. loculis per centrum dissepimenti angusti confluentibus instructae. — In saxis arenaceis prope Bernam leg. cl. et amiciss. Prof. Dr. Fischer. — Apothecia ut in *Caloplaca (Callopisma) aurantiaca* var. *flavovirescente*, sed juniora margine integra et evoluta paulo minora, minus convexa, sicca magis rubescentia, nec humecta adeo turgescentia; sporae optime evolutae primo intuitu pariete tenui biloculares videntur, sed tincturae jodinae ope protoplasma infuscatum utriusque loculi poro angusto concolori evidenter conjungitur; semel tamen sporam vidi pariete incompleto primum annuliformi dein usque ad centrum progrediente vere bilocularem. Sporae caeterum ambitu magis cylindrico-oblongatae sunt, sc. triplo longiores quam latae et circiter triente v. fere duplo longiores quam in *C. aurantiaca*. — Ambitus sporarum ut in Hepp Sporenabbild. Eur. Flecht. t. 85. fig. 731.

3. *Gyalecta elegantula*, thallus effusus tenuissimus leprosus contiguus madidus laeteviridis siccus cinerascenti-virens, apothecia sessilia depresso-globosa urceolata evoluta tantum $^1/_8$—$^1/_4$ mm. lata, discus margine integerrimo crasso obtuso pallide carneo madido hydrophano obscurior primum punctiformis dein paulo latior depressus, lamina circ. 100 mikr. alta pallida iodo lividocoerulescens, paraphyses capillaceae facile segregatae, asci circ. 85 mikr. longi fusiformi-cylindrici 8-spori, sporae 12—15 mikr. longae turgide ovoideae v. ellipsoideae utrinque late rotundato-obtusae plus minusve parenchymatice divisae et ambitu quasi gibbosae. — In cryptis calcareis ad pedem montis Salevae prope Genevam cum *Secoliga leucaspide* ipse legi. — Planta prima fronte et sub lente adeo similis est Biatorinae pineti, ut facillime pro forma saxicola hujus diversissimae speciei haberi possit. Gyalecta lecideopsis ab hac nova specie longe differt thallo albescente, apotheciis majoribus aliter coloratis, ascis amplioribus et sporis duplo majoribus. — Ambitus sporarum et in Hepp Sporenabbild. Eur. Flecht. t. 86. fig. 739.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05960-0372-9

4. *Biatora* (sect. *Lecidella*) *Casimiri*, thallus determinatus crassiusculus, cinereo-lacteus superficie subfarinosus, tenuissime rimoso-areolatus, areolae planae, protothallus hinc inde lineam coerulescenti-nigricantem marginalem formans, apothecia parva immersa vix demum emergentia numerosa conferta semper nuda atra opaca tenuiter marginata v. demum subimmarginata evoluta $^1/_4$ v. vix $^3/_5$ mm. lata, hypothecium albidum, lamina apice fusca caeterum hyalina solutione aquosa jodina coerulescens, asci clavati 8-spori circ. 40 mikr. longi apice leviter pachydermei, sporae 6—8 mikr. tantum longae ellipsoideae utrinque rotundato-obtusae saepius dimidio v. fere duplo longiores quam latae. — In saxis schistosis summi cacuminis Dent du Midi nuperrime legit clariss. et amiciss. Casimir de Candolle. — Species elegantula, distinctissima, juxta *Lecidellam personatam* et *L. micaceam* locanda, a quibus thallo magis albo et minutie apotheciorum et sporarum diversa est. — Ambitus sporarum ut in Hepp Sporenabbild. Eur. Flecht. t. 78. fig. 690. — In quibusdam speciminibus aderat etiam *Tichothecium pygmaeum*.

5. *Biatora* (sect. *Lecidea*) *nivea*, thallus subtenuis tartareus superficie subfarinosus margine subeffusus tenuiter rimoso-areolatus niveus v. hypothallo translucente coerulescenti-niveus, apothecia juniora subimmersa semper aterrima et opaca evoluta adpressa et $^3/_4$ mm. lata, hypothecium fuscum, lamina apice nigro-fusca caeterum hyalina, paraphyses apice incrassatae, asci circ. 35 mikr. longi clavati superne pachydermei octospori, sporae 6—8 mikr. longae ellipsoideae utrinque rotundato-obtusae. — In summo cacumine Dent du Midi cum praecedente leg. cl. Cas. de Candolle. — Haud valde dissimilis praecedenti sed thallus tenuior, margine vix determinatus, albior, apothecia paulo majora, sparsa, evoluta haud immersa et hypothecium fuscum aut nigricans. A *Lecidea contigua* praesertim apotheciis nigris, minutie et ambitu latiore sporarum recedit, a *L. confluente* autem apotheciis minoribus et lamina superne fusca praeter colorem niveum thalli distinguitur. — Ambitus sporarum ut in praecedente.

Corrigenda.

Supra p. 50 lin. 15 post ***Catillaria*** adde ***Massalongi.***
16 pro Rigerschweil lege Rifferschweil.
18 adde No. 2.
p. 51 lin. 22 pro genuinae lege geminae.
p. 52 lin. 9 pro spora lege sporae.

Universitätsbibliothek Regensburg
urn:nbn:de:bvb:355-ubr05960-0373-5

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: Flora oder Allgemeine Botanische Zeitung

Jahr/Year: 1868

Band/Volume: 51

Autor(en)/Author(s): Müller J.

Artikel/Article: Fünf neue Flechten 369-371